

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput IX**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

nengi proditur testimonio. *Gesnerus* se ex erudito quodam Hungaro accepisse scribit, in Tibisco eundem captum, septem vel octo Cubitorum plastrum occupantem. Eum in fluvio annis sedecim, sub culina vieti cuiusdam nobilis latuisse; hamo tandem inescatum, cum faturam suam custodiret, ubi se captum sensit, exiliisse; secutos impetum ejus pescatores ad miliaria duo, denique defagitum cepisse, & in oppidum Nadlac vexisse. Ibi in ejus ventre caput humanum, cum dextra manu & tribus annulis aureis inventum esse. *Glaucus* hepatis habet spongiosum, in duos lobos distinctum, quorum sinister latior est. A dextro autem lobo vesicula fellis parva, nisi magnitudine, velut ex filo trium digitorum longo dependet, atque in fundo stomachi quandam apophysin, in alio pisce vix conspicit, gerit, prater quinque alias in pyloro ventriculum obsepientes.

### CAPUT IX. DE HARENGO & HUSONE.

**H**arenicum aqua vivere author libri de natura testatur, extractum ex ea non vivere experientia testatur. In ejus ventre nil invenitur, quia jejunum tantum habet intestinum. Tam magnis simul agminibus natant, ut praeterea multitudine capi nequeant. Lumen ubi conspererint, gregatim adnatant, & sic autumnali æquinoctio capiuntur. Ventribus versus summum æquor obversis lucent in aqua, & tantum de se emitunt splendorem, ut mare fulgurare videatur. Mirum est quod nonnulli narrant de terra sanctæ Oceanii Germanici insulæ incolis, nempe cum circa annum post virginis patrum MDXXX. ex Harenorum caput bis mille hominum vitam sustinerent, per petulantiam vero aliquando unum ex captis, virgis cecidissent, adeo imminutos ibi fuissè hosce pisces, ut postmodum vix centum eo quatuor vixerint. *Husonibus* loco spinæ dorsi cartilago est, quæ foramen habet magnum & vacuum, à capite ad caudam quasi terribello perforatum

PIS  
m. Quid *Elianus*  
latae progre  
nire magnitudinem  
distantia tropas uberi  
to regi corio, ut eo p  
someter ad caudam d  
figili loco esse possit  
el. Eos enim magni  
triduus scribit *Vadianus*. Tam timidi fu  
staur. Cannum si  
adversa accedant tip  
ar cauda plicatores  
quam primum capi  
tur. Vino geneto  
vivunt, exportan  
featurios quatuor.

C  
DE LU

Venitium g  
Albertus scri  
tejicit: permul  
bus chylus confed  
seratione. Vilas  
significat grandem vi  
rem aquaticum. V  
ilis, vilum denique  
titulo. In extre  
Com rana naturalis  
eisdem effodiuntur  
cujus conatus co  
polinem redit  
frangunt. Vener  
reficiuntur digitos  
nere consueto viva  
Causa gravissima

rum. Quod *Aelianus l. 14. cap. 25.* de Antaceis ait, illos ætatis progressu ad maximi Thunni in Istro accedere magnitudinem, tam pingui abdomine esse, ut laetentis scrophæ ubera ventrem eorum dicas, aspero tegi corio, ut eo perpoliantur hastæ, membrana à cerebro ad caudam tam stricta, ut ad Solem exsiccata flagelli loco esse possit, id de Husonibus accipiendum est. Eos enim magnitudine pondo quadringentorum se vidisse scribit *Vadianus in Epitome trium terra partium*. Tam timidi sunt, ut à minimis pisciculis terrentur. Cancum sequuntur tubarum, adeo, ut ex adversa accedant ripa. Tanti denique in aquis roboris, ut cauda pescatorem si percusserint, de navi deturbent, quam primum caput aquis extulere, invalidi redduntur. Vino generoso potantur, & inebriati plures dies vivunt, exportantur ad exteriores. Bibunt autem vini sextarios quatuor.

## C A P U T X.

## D E L U C I O &amp; L U N A.

**V**Entriculum gutturi ita continuatum *Lucios* habere Albertus scribit, ut aliquando eum aviditate cibi rejiciat: permultas vero ejus esse appendices, in quibus chylus confectus seruetur, Rondelet habet observatione. Visus magnitudine insigni, qui alium insigniter grandem ventre contineret, & hic rursus murum aquaticum. Visus & alter in quo anseris pulli binii, visum denique fulicam in ejusdem reperiam ventriculo. In extrema fame terreno vescitur pabulo. Cum rana naturale dissidium habet: hinc illi sœpe ab eadem effodiuntur oculi. Vulnera sua afficta tincæ, cuius continuus comes est, sanat. Maxillæ ejus in pollinem redactæ, aurei exhibitæ pondere, calculos strangunt. Venter ei apud Anglos ad duos & amplius rescinditur digitos, & si emporem non inveniat, vulnera consuta vivatio redditur, in quo tincæ deguant. Causa quamvis amicitij tribui posuit; satius tamen: